



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

6 de Iudicibus, & iudicio hæreticorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

De diuersitate Sectarum hæreticorum.

Cap. 5.

1 Hæreticorum varia secta, & nomina ubi tradantur.

Quia plures aberrandi viæ, vna autem solum veritatis asse- quenda, plures & errorum & hæresium species sunt, quas enumerare ad institutam epitomem non pertinet: cum eas plerique in vnum coniecerint & explicauerint, veluti can. quidam autem hæretici, 24. quæst. 3. cap. 3. de hæreti. in Clém. auth. gazaros, eod. C. Theodosius & Valentinianus CC. in l. hæreticorum, l. 5. 6. de iis qui sup. religio. contend. lib. 16. C. Theod. titu. 4. Alii in l. Atriani, l. 5. de hæreti. lib. 1. C. Iustina. Ex professo de diuersis hæreticorum dogmatibus tractant B. Augustinus, Philastrius Brixienfis lib. de omnibus ab exordio creaturarum erroribus, Epiphanius de hæresibus, Bernardus de Lutsemburgo, lib. qui inscriptus, Catalogus hæreticorum omnium.

De Iudicibus, & Iudicio hæreticorum.

Cap. 6.

- 1 Hæresium pellendarum tria capita.
- 2 Hæretici penitentes vere reconciliandi ecclesia.
- 3 Hæreses quomodo fiat abiuratio.
- 4 Hæretici coguntur ad fidem redire.
- Argumenta contraria dissoluta. 5.
- Et seq.
- 6 Libertas arbitrii non consistit in permissione agendi mala.
- Et 7.
- 8 Hæreses esse expedit quomodo intelligendum.
- 9 Zizaniorum parabola, Sinite ea crelere, quomodo intelligenda.

Circa hæreses euellendas, triplex est cura adhibenda: prima, reductionis hæreticorum in ouile: altera, ad iudicia pertinet & pœnas: tertia, cautionem habet ne nouæ hæreses nascantur, ne natæ propagentur, ne existant reuiuiscant, ut ait Conradus Brunus, lib. 3. de hæresib. c. 2. Prior cura, vt fieri possit respiciant, & suum agnoscat errorem & eiurent: gremium enim nemini claudit ecclesia, & gaudium est in celo ob vnum peccatorem ad penitentiam redeuntem, Luca 6. 15. & quos pœnitet, cum omni mansuetudine recipiendi sunt, vt etiam leges ciuiles docent in hac proposito hæreticorum redeuntium ad fidem hypothesi, l. si nos enim, de sum. trinit. c. l. licet crimina, 31. de iis qui sup. reli. cont. lib. 16. C. Theod. tit. 4. & Theodosius & Valentinianus, l. Manicheos, 53. eo. post conuersionem eorum, viginti dierum condonarunt inducias, intra quos ad communionis redirent impune vnitatem. Neque neganda reconciliatio iis, qui tempore necessitatis implorant, c. his qui tempore, 26. q. 6. Dicit enim Dei spiritus per Ezechielem prophetam, c. 18. Cuius conuersus in gemeris, tunc saluus eris. Et ad penitentiam Deus peccatores expectat, c. diacom sum. 93. dist. nec eam vquam spernit, quamuis quis ad summum malorum peruenit, c. talis, s. ecce, de pœn. d. sum. 3. Statuit & septima synodus, actio. 1. c. 15. Si quis presbyter eum, qui a peccato reuertitur, non recipit, sed reicit, deponitur. Et D. Dionysius Areopagita acerrime arguit Demophilum in epistola ad eum scripta, quod penitentem ad genua eius prouoluntur calce reiecit. In quem errorem contra fidei catholicæ decreta incidit Nouatus, qui lapsos noluit ad penitentiam recipere, vide Euseb. Emisen. lib. 6. Cypria. can. conuenientibus, 1. q. 7. Verum modus adhibitus est, c. saluberrimum, ca. conuenientibus, can. quoties, can. si qui voluerint, 1. q. 7. ca. ego Berengarius, de consecr. dist. 2. can. his qui tempore, 26. q. 6. quo recipiant redeuntes ad fidem hæretici, vt scripto neget hæresim, & profiteantur libello fidem catholicam publice pœrecto, & in concilio, can. si quis episcopus, 1. q. 7. can. de eod. 50. dist. auctoritate episcopi interueniente, c. fin. 26. q. 6. can. peruenit, 16. q. 1. qui imponit penitentiam, & in gremium ecclesiæ recipit absolutique. Quod si sponte hæretici noluerint respicere, cogendos esse ad fidem quam omiserint recipendam placuit, & per rerum suarum subtractionem, c. post me, & can. quousque, 23. q. 4. ca. qui peccat, eod. & corporalem animaduersionem, can. nimium, can. displicet, & seq. 23. q. 4. ca. 1. 2. 3. 23. q. 5. Sunt enim hi ex numero eorum, quos Deus per vias & sepes iussit compelli in regnum Dei intrare, Luca 14. Sic D. Augusti. epist. 48. & 50. non tantum mansuetudine, sed & seueritate reducidos putat. Nec aliena debet videri seueritas ab officio pastoralis, si, vt saluas conferret animas Deo, flagellis ad ouile redire inuitas cogat errantes, partus vlcisfi

Hhh 3

tradiderit: vnde tam redempti est genus humanum a seruitute dæmonis & morte æterna, pretio sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui vere Messias fuit, verus Dei filius secundum diuinitatem patris cõsubstantialis, & assumptione carnis verus virginis Mariæ filius, verus quoque homo. Super sunt itaque eius testes Iudæi. Ne conficta putent Ethnici, quæ vere existerunt: & impii testantur aliquando vt reliquæ Israelis sub finem seculi ad sanam mentem reuocandi.

12 Interdicta interim Iudæis sunt coniugia cum Christianis, l. ne quis de Iud. C. Constantinus, l. 1. & 2. eo. lib. 16. C. Theod. tit. 7. in Iudæis nancipium Christianum habere. Quod aliquando permiserunt Theodosius & Honorius, qui tamen permissionem deinceps retractarunt, l. 3. 4. 5. eo. Iidem Theodosius & Honorius prohibent militare. In Iudaica, 80. de iis qui cont. de relig. in C. Theod. non tamen postulare. De Gentilibus potro, quos paganos vulgus vocabat olim, l. ne Donatiste, 36. eod. statutum, vt aboleretur eorum superstitio, & sacrificiorum insania. l. 2. & 4. & 6. & seq. de paga. lib. 16. C. Theod. tit. 8. imminente aliquoquin gladio. Verum propria auctoritate Christianis veterum in paganos irruere, bonaque eorum diripere, l. Christianis, 6. de pag. C.

14 Sicut & de Agarenis in concilio Viennensi, in clem. 1. de Iuda. lib. 1. c. 1. 2. 1. principibus Christianis mandatum, ne permittat inter sibi subditos professionem nominis Mahometici, & peregrinationes quas faciebant Mahometici ad sepulcrum Mahometis. Prohibitum etiam ad eos, arma, annonam, equos, ferrum, vel alias merces deferre, vel mittere, in dicta pœna iis qui fecissent infamie, excommunicationis, seruitutis, & vt instabiles sint, cle. 5. in Ex. 15. tra. 1. de Iud. lib. 3. Extranea. commu. Ceterum neque dicemus Agarenos esse inter hæreticos: sed tantum illos, qui iniciati mytæris fidei nostræ in fide errant. Ita Valentin. Theodosius & Honorius. l. hæreticorum, 18. de iis qui controuer. de fide, lib. 16. C. Theod. tit. 4. l. 2. eo. tit. lib. 1. C. Iust. tit. 8. Hæreticorum, inquit, vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento iudicio catholice religionis & tramite detecti fuerint denotare. Conueniunt cum infidelibus, quia vt illi nunquam fuerunt, sic hæretici membra ecclesiæ esse deiciunt. Iustinianus, §. 1. vers. hæreticos autem, consit. nouel. 109. tit. de prinil. dol. hæret. multi. non prest. l. 1. C. de sum. trinit. Hæreticos dicimus omnes, qui non sunt membra sanctæ Dei catholice & apostolice ecclesiæ. Valentin. & Marcia. CC. hæreticos dicunt, l. quicumque, 8. de hære. C. l. 2. de sum. trinit. C. qui non credunt quæ in synodis Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonense decreta sunt, quæve credebant Athanasius, Theophilus, & Cyrillus Episcopi Alexandrinæ ciuitatis. Et qui aliter sacram intelligit scripturam, quam sensus Spiritus sancti flagitet, c. hæresis, 24. q. 3. ca. quamuis, 38. dist. fallas nouasque sequitur & defendit in fide opiniones, ca. hæreticus, 24. q. 3. Qui aliter de articulis fidei credit, quam statuit Romana ecclesia, ca. hæc est fides, & ca. quoniam, 24. q. 2. cuius fides annuntiat in vniuerso mundo, ad Rom. c. 1. Quive de sacramentis ecclesiæ male sentit, ca. ad abolendam, de hæret. lib. 5. Decr. tit. 7.

16 Dicitur vltimo in finitione, errorem pertinaciter defendentem esse hæreticum: non enim qui errat, sed qui errorem pertinaciter defendit, hæreticus est, c. qui in ecclesia, & ca. dixit, 24. q. 3. cle. 1. §. porro, de sum. trinit. in Clem. Sic pertinacia, non error in his quæ fidei sunt, hæreticum facit, inquit D. Augustinus, de ciuit. c. 51. & epist. 162. Cæsares, obstinatioris animi dementiam, dicunt hæresim, l. 2. de sum. trinit. C. Claudianus, lib. 1. de statu anime, c. 1. quoque Mamercus episcopus Viennensis. Illud, inquit, multo maximum periculosius est crimen, quod catholice sanitati opiniones inuicem stulte concipiunt, vane profertur, superbe adstruunt, cum reuerentia scribunt, cum intentione defendunt. Et quoniam humanitas per imprudenciam lapsi sunt, eligunt audacia culpam, pernicaci obstinatione defendere, ne videantur potuisse peccare. Duo itaque concurrant oportet in hæresi perfecta, nempe error in intellectu, qui est hæresis principium, & pertinacia, quæ in voluntate est, quæ est hæresis complementum.

17 Hæreticos tã graui scelere implicari apud Deum, nisi respiciant, damnationemque sibi quæ sit fati notum est, c. firmiter, de hære. in Decr. Indicant & illorum synonyma quibus ad eos prodendos & notandos viæ sunt sacre scripturæ: vocant namque eos, organa diaboli, vasa iræ, ad Roma. 8. fures & latrones, D. Ioa. 10. quia verbum Dei furantur & adulterant, vt ait Origenes, in epist. ad Roma. lib. 2. c. 2. lupi rapaces, D. Matth. 7. antichristi, 1. epist. D. Ioa. c. 2. pseudopropheta, 1. epist. D. Ioa. c. 2. Matth. 24. seductores, 1. epist. D. Ioa. cap. 1. pseudoapostoli, 2. ad Cor. 11.

omnem inobedientiam, ut ait D. Paulus, 2. ad Cor. 10. Ab illius enim reatu exquiruntur oves, quae perierint, a Deo, *Exech.* 34. Neque autem verbis, *Eccles.* 33. tollis emendatur seruus durus: si enim intellexerit, non obediens, ideo baculo non parcendum. *Qui diligit filium suum, assidue eum flagella.* *Eccles.* 30. *Ec.* Tu percussis quidem illum virga, *Proverb.* 23. sed animam eius liberasti a morte. Et, *Multa flagella peccatoris, Psal.* 31. Mala voluntas suae permittenda non est libertati, dum obuiam iri potuit. Nec volenti se occidere, vel furioso, gladius suus quantum velit, restituendus, *libona fides. de pop. P.* Quemadmodum parui facit medicus phrenetici voluntatem & hydrofici, ut eos a morbo liberet. Beneficium quippe impartit medicus phrenetico, illum ligando, & pater filium in disciplina castigando, etsi inuitis faciant, *can. ipsa pietas, 23. q. 4. ca. non omnis, & seg. 5. q. 5.* Neque existimandum est, iam sibi in errore placentes, armis fidentes, posse a veritatis ratione simplici, & verbis de sententia dei iunctis & calumniis taxandi peritos humiles exaudire. Proinde Deus in conuersione D. Pauli, non sermonibus, priusquam prosterneret, & caecum eum redderet, usus est, *Actu. c. 9.* Neque auditur perire volens, *1. non tantum, de appell. P.* Itaque exemplo Agar verberata a domina Sara, *Genes.* 16. cogi debent haeretici redire ad dominam & veram matrem ecclesiam, ut etiam eodem exemplo firmat D. Augustinus, in *Ioan. c. quando vult, 23. q. 4.*

¶ Neque ad rem facere mihi videntur argumenta, quibus quidam haeticis & disciplinae ecclesiasticae stricte laxarunt, & impunitate concessa, incendio fere inextinguibili Gallias vtriusque depopulati sunt, dicentes, non esse ad fidei haeticos cogendos, quae & refert Brunus, lib. 3. de haet. c. 3. quae ego latius & luculentius soluam. Primum itaque dicunt, neminem ad bonum esse cogendum, sed quemque suo arbitrio relinquendum. Quae ratio certe sparsissima, & omni ex parte homine indigna est, quae suo tenore, si vera esset, vniuersam mundi politicam, & leges diuinas & humanas subuerteret. Quorsum enim latae leges sunt, quam ut ad bonum cogant vel praemio, vel poena, *1. de iust. & iur. P.* Atque si demus quemque pro voluntate viuere, & appetitu proprio regi, quid quiescit inter homines, & bruta rationis expertia intererit? quid iustitia opus erit? quae societatis ciuili integrata? Quod si quis obicit, voluntatem homini liberam, nec cogi posse inuitam, ut aliud velit, nec nos inficiamur. Verum malam cogi dicimus, ut in bonum mutetur, si metu respiciat, sicut a bono nimia sui intellectus prauiducia decidit, vel si perseueret, pertinax tollatur a societate hominum, ne alios inficiat. ¶ Errant omnino, qui arbitrium liberum eligendi mala, libertatem veram dicunt, cum libertas ibi sit tantum, ubi spiritus Domini, 2. Cor. 3. *Ioan. c. licet, c. 13. de regu. lib. 3. Decret. tit. 31. ca. dua, 29. q. 2.* Et lex perfecta libertatis sit, Dei mandata audire & facere, *D. Iaco. c. 1. Dicere, nemini consenseritis, haec persuasio non ex eo qui vocat vos, scilicet ex Deo, inquit D. Paulus, ad Gal. 5.* Quorsum illa verba etiam Apostoli, 2. ad Timo. 4. ad pastorem, *Argue, obsecra, iusta, oportune, importune, &c.* Cur etiam doctissimus & optimus theologus D. Petrus licetis consignauit, *Petri 2.* magistratus ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum? Cur dictum potestatem a Deo, *ad Rom. c. 13.* reges, magistratus non sine causa gladium portare? &c. Cur item, *D. Paul. Galat. 5.* vitinam abscindantur, qui vos conturbant? Si liceat cuique impune quod velimus malum agere, & pro arbitrio cultum diuinum polluere, immutare, subvertere? Hoc esset certe potius libertate abuti, quam vri, & spiritus libertatem ad carnis voluptatem, & animarum perniciem transferre. ¶ Secundo, non faceret quod obicitur, nunquam Deum dominum nostrum Iesum Christum, vel eius Apostolos cogisse quenkam credere, vel fidem recipere, quinimo & discipulis liberam abeundi dedisse potestatem: dicentem, *Nunquid & vos vultis abire?* Nam eadem responsione elidi potest argumentum, qua proximum. Sed vltra, ex eo quod ab exemplo vno vniuersalis negatiua non potest colligi. Nec ideo quod Deus dixit, *Nunquid & vos vultis abire?* sequitur quod dederit omnibus abeundi impunitatem. Nam iam diximus apud D. Lucam, c. 14. dictum fuisse, *Compelle eos intrare.* Atque longe interest inter illa tempora, & nostra. Tunc enim non erat redemptio facta, non fides plene cognita, nondum exaltatus filius hominis, nondum consummata mysteria, nondum velamen templi scissum, nondum vmbra abrogata, nondum dictum, *Nisi quis crediderit, & baptizatus fuerit, non saluabitur,* ut postea. Dehinc aliud est loqui de cogendis ad fidem, qui nunquam fidem amplexi sunt, quales Iudaei, gentiles, Agareni: hi enim, ut dictum est, cogi non debent. Aliud de reducendis ad fidem, qui fide professi sunt:

quia in extraneos, qui domestici fidei non sunt, nulla Christiana iurisdicatio, & qui sine lege Christiana viuunt, sine lege hac iudicabuntur, *ad Rom. 2.* In Christianos autem perfidos, schismaticos, & haeticos, pastoris est iurisdicatio. ¶ Et ad pastorem pertinet cognitio, monitio, & castigatio eorumdem. Tertio, non pugnat quod dictum sit, expedite haereses esse, 1. *Corin. 11.* Nam non propter haereses expedit eas esse, sed ad bonorum gloriam, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Neque sequitur ideo illas tolerandas. Vnum enim iubet Apostolus nos omnes sapere, *ad Phil. 2.* quod haereses non sunt. Sic Deus necesse esse dixit, ut veniat scandala: sed mox subiicit, veruntamen, *ut per quem scandalum, Matth. 18. &c.* Necesse secundum quid, non autem absolute, vel in gratiam scandalizantium: nam quae scandalizant iubet vindicari & abscindi, quantum oculus, manifesti fiant. Neque sequitur ideo illas tolerandas, ut ne odio malorum etiam cum illis bonos eradicemus. Toleratur ad tempus malus, sed non ideo impunitas ei datur. Quare dictum, *Sinit ea crescere,* donec videlicet distinguatur zizania a tritico plene. Et exspectat, ut diximus, semper ad penitentiam peccatores Deus, *ad Roman. 2.* Datur redeundi tempus, nec haeretici plectuntur, nisi perseuerantes, relapsi, & pertinaces. Lentoque gradu procedit vindicta Dei, sed tarditatem supplicii grauitate compenfat, *Valer. Max.*

In Haeticorum iudiciis quae perpendenda. Cap. 7.

- 1 Haeticorum poenarum ordo.
- 2 Haesis notio primum ad ecclesiasticum, deinde ad temporalem.
- 3 In Haesi quomodo perpendenda res, persona, actio.
- 4 Index haeticorum quis.
- 5 Inquisitores haetice praerogatio.
- 6 Inquisitor haeticorum quae potest sine episcopo diocesano facere, & quae non: vel episcopus sine, aut cum inquisitore.
- 7 Dispositiones & sortilegia non puniuntur ab inquisitore haeticorum, sed a iudicibus secularibus.
- 7 Inquisitor quomodo cognoscat de sortilegiis & Iudaeis.
- 8 Religiones nouas & peregrinas inducere capitale apud gentes.
- 9 Adlocuti pro falsa religione necari.
- 10 Religiones falsa plures cur se compatiuntur, at vera cum falsa nunquam.

Manuerunt tamen igitur, & indulgentia vitae, interdum haeticis clerantur, dum exspectantur, ut resipiscant. Dehinc quibusdam veluti duris stimulis & poenis leuioribus admonentur. Postremo, si pertinaces perseuerent, tolluntur: ex forma praescripta Deo, dum ait, *D. Ioan. c. 13. Si quis non manserit in me, mittetur foras, ecce excommunicationis poenam, & arefiet, ecce perseuerantiam, & colligent eum,* vide ibi iudicium seculare quod sequitur, *& in ignem mittent, & ardebit,* ecce tandem poenam mortis. ¶ Notio huius criminis ad iudicem ecclesiasticum prior pertinet, postrema ad secularem: ut apud D. Mattheum, 18. *si peccauerit, & non dic ecclesiam: si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* ¶ In hoc iudicio haesis, consideranda in vniuersum tria, res, persona, actio: in re dogma quod defenditur ab haeretico assertum, & crimen. In persona venit dispicienda persona rei, & persona iudicis: num is qui deliquit, episcopus sit, de quo non iudicat inquisitor, sed monet summum pontif. *c. inquisitores, c. 16. de haet. in 6.* an vero alius sit, qui sui est fori. In actione, qualitas assertionis vel criminis, & modus, quo haesis palam facta est, electio, assertio, fauor haeticis, impulsus, receptatio, defensio, praedictio, &c. num cum tumultu, armis, aut sine his colerint haeticus. Quod materiam dat huic iudicio, est dogma, num catholica doctrina sit: in quo perditur index, an ea fuerit legitimis conclusionibus ecclesiasticis damnata, vel a sede apostolica, ut tunc haeticam iudicet: an noua, ut tunc eius decisionem ad eandem sedem, vel concilia referat, *cap. quoties, 24. q. 1.* In persona quoque rei consideratur, num ecclesiastica persona, & cuius ordinis: an vero laicus, ob exauocationem, de qua postea. Nam haeticum prope est laico praedicare, quod officio ecclesiastico, *c. cum ex inuentione, & c. sicut in vno corpore, de haetice. apud Gregor.* nihilominus adhaerere videtur. ¶ In persona iudicis annotandum est, duplices iudices esse eius notiones cognitores, ordinarios & delegatos, *Conradus Brunus, lib. 4. haetice. cap. 1.* Ordinarii iudices haeticos summos